



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De  
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]  
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise  
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

**Denisse, Nicolas**

**[Augsburg], 1510**

**VD16 N 1513**

Secundu[m] est testimoni[u]m fructuose gub[er]nationis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30625**

Unde deuotio nihil aliud esse videtur quam voluntas prompte tradendi se ad ea que pertinent ad dei famulatum. Hec ideo. De excellentia autem deuotionis beati Blasii habemus triplex speciale testimonium.

**Primum** est testimonium gratiose electiois.

**Secundum** est testimonium fructuose gubernationis.

**Tertium** est testimonium virtuoselationis.

**Primum** est testimonium gratiose electiois. Populus enim capadocie maioris armenie videns excellentem deuotionem eius et vite sanctitatem. elegit eum in episcopum basilice ciuitatis. Prouerb. xxviii. In exalta- tione iustorum multa gloria est. regnantibus in pectus ruine hominum.

**Secundum** est testimonium fructuose gubernationis. Laudabiliter enim atque fructuose commissum sibi populum gubernauit. Erat enim de numero pastorum illorum de quibus dicit dominus Hierem. iij. Dabo vobis pastores iuxta cor meum et pascunt vos scientia et doctrina.

**Tertium** est testimonium virtuoselationis. Nam ob diocletiani persecutionem fugiens in speluncam ibi eremiticam vitam duxit: preceplationi diuinorum et orationi iugiter vacans. Tunc enim non poterat subditorum saluti per suam presentiam personalem intercedere. Unde Augustinus dicit in epistola ad Honoratum. Fugiant de ciuitate in ciuitate seruati ibi qui eorum que specialiter a persecutoribus queritur sic ut ab alijs que non ita grum non deserat ecclesia. Tu autem dominus est cor piculū: ibi que alijs indiget non deserant ab his que in dicitur. Si enim piculosus est nauis in tranquillitate nauim deserere: quanto magis in fluctibus: ut dicit Nicolaus papa. et habet. vij. q. ij. Fugit itaque beatus Blasius si timore mortis: sed iuxta domini doctrinam faciendo: que dicitur Matt. x. Cum persequerentur vos in ciuitate ista fugite in altam. Ubi sciendum est. Unde de sancto in ser. de beato Siluestro. ar. ij. scde- ptis. Beatus igitur Blasius solitariam agens vitam semper in dies in deuotionis feruore cre- scibat et magis ac magis seipsum in celestia et diuina extequebat. Thren. iij. Sedebit solitarius et tacebit quia leuabit se super se. Exemplo itaque beati Blasii spiritum deuoti-

onis debemus querere et a domino postulare. quia sicut dicit Lucas. xj. Dabit spiritum bonum petentibus se. Sicut enim dicit Thoma. ij. q. lxxxj. Causa deuotionis extrinseca et principalis deus est. de quo Ambrosius super Lucas. Deus que dignatur vocari: que vult religiosum faciat. et si voluisset samaritanos exinde uos fecisset deuotos. Ideo petenda est deuotio a deo. Causa autem deuotionis intrinseca et dispositiua ex parte nostra oportet que sit meditatio. Deuotio enim est actus quidam voluntatis ad deum que homo prompte se habeat ad diuinum obsequium. Vis autem actus voluntatis ex aliqua consideratione procedit. Unde dicit Augustinus. li. de trinitate. que voluntas dicitur ex intellectu. Hec Thoma. Est autem triplex principalis consideratio deuotionis inductiua.

**Prima** est consideratio humane fragilitatis. Hec consideratio ostendit necessitatem recurrendi ad deum ut ab eo adiuuetur. Ps. Leuaui oculos meos in montem. unde ye. auxilium mihi. Auxiliū meū a dño rē. Unde dicit Hugo li. de virtute orandi. In consideratione nostre miserie discamus quanta necessitate habemus a deo auxilium petere. Consideremus igitur que sit breuis vita nostra: que sit via lubrica: que sit mors incerta. Hec ille. Hec itaque consideratio excludit presumptionem per quam impedit aliquis ne deo se subiiciat dum sue virtuti innititur: ut dicit Thomas ubi supra.

**Secunda** est consideratio diuine bonitatis. Hec consideratio excitat deuotionem et prebet confidentiam. ideo est propria deuotionis causa. Ps. Tibi adherere deo bonum est et ponere in domino deo spem meam. Hugo in libro de virtute orandi. In consideratione diuine misericordie discamus quam fiducialiter possumus postulare.

**Tertia** est consideratio sancte exemplaritatis. sanctorum videlicet qui deuotioni tractant: tamen assidue vacabant. Hec consideratio trahit in deum hominis affectioem. Unde Bernardus. ser. de omnibus sanctis. Singulorum quippe sanctorum recordationes quasi scintille singule imo quasi ardentissimae facies deuotos accendunt animos. Hec ille. Sic itaque patet meditationem siue considerationem esse causam deuotionis inductiuam. Unde Ps. In meditatione mea exardescet ignis.